

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Stultifera Nauis

Brant, Sebastian

Basiliensi, [1. Aug. 1497]

Praua maiorum exempla

[urn:nbn:de:bsz:31-411159](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-411159)

Praua maiorum exempla.

Cum pater & genitrix ollas/pariterq; matellas
Collidunt: pueri cacabos confringere discent.
Fiunt equales nati genitoribus: illic
Sunt ubi non casti signa & monumenta pudoris.



Mala ex
empla pa
rentum

Virga atq; corre/
ctio tribuit sapiē-
tiā. puer autē q; di
mittitur volūtati
sue: cōfūdīt m̄re
suā Maxia debet
puero reuerentiā
si qd turpe paras
ne tu pueri cōtēp-
seris annos. Sed
peccaturo obli-
stat tibi fili⁹ infās
Si dānosa senem
iuuat alea: ludat
& heres Insequit̄
leuit̄ filiam̄is iter

Grandēui properate senes/fatuiq; parentes
In vos nam satyrę torqueo tela meę:
Audetis prauos coram matre atq; puellis
Effari mores: ridiculumq; nefas:

h. i.

puer. xxix.
Iuuenalis
Vale. li. ii. c. i
Sapien. iiii.
Ecclesi. xli.

- Eccle.iii. Nunc veneris nugas: nūc vos dictatis amorem:
Et natis teneris: ad mala: signa datis.
- Eccē. x. Non pudor in verbis: non est reuerentia vitę:
Non decus aut specimen / ingenuusve nitor:
Non pueri mores discunt: non foemina seruat
Signa pudicitię: turpia cuncta sonant.
Foemina de fatuo carpit mala signa marito:
Sectatur proles moribus ipsa patrem.
- prier. xix. & Non docuit genitor fatuus bene viuere natum:
xxix. Iure igitur natus moribus alter erit.
- Iuuenalis Si sunt lutores patres: pueri atq; nepotes
Rebus in his prauis se similitudo solent.
- glo. in. l. q. si Trita etenim veterum dicunt proverbia: prauo
nolit. ff. de ed. Sępe solet similis filius esse patri.
edic. Ludere phas monachi reputant sibi: qñ reponit
glo. in. c. fi. de Abbas taxillos: alea iacta placet.
con. dif. v. O mores miseros: o tempora plena furoris:
Plenaq; stultitię: num deus vsq; feret?
Se similem patri natus: se filia matri
Reddit: ad exitium semina prima fluunt.
Non lupo vllus ouem genuit: nō Tygride seuā:
Aut vitula aut agnus nascier vsq; potest:
- Esop⁹ i apol. More patris cancer retro serpitq; / meatq;
Sectantur pueri sic mala signa patrum.
- Ecclesi. vii. Quin & morigeros possunt generare parentes
Filiolos: qui sunt mōrigeri atq; boni.
- Diogenes Cynicus vt puerum temulentū viderat: inquit:
Fili/te genuit ebrius ecce pater.
- Eccle. xxxvii Aedibus iccirco propriis: sic viuat honeste
puer. xxii. Quisquis: ne pueris dogmata praua ferat.